tuli oculos: plena oīa uideo aīorū ac roboris: ueteranum peditem: generosissimarū gentiū equites: frenatos et infrenatos: uos sotios fidelissīos fortissimosq3: uos carthagiñēses cū ob patriā tū ob irā iustissimā pugnaturos: inferimus bellū: infestisq3 signis descendimus in italiam tanto audatius fortiusq3 pugnaturi: quanto maior spes maiorq3 aīus inferentis est uim: quam arcentis: Accedit preterea aīos et stimulat dolor: iniuria: indignitas ad supplitiū depoposcer̄ me ducē p̄mū: deinde uos oēs: qui Saguntū oppugnassetis: deditos ultimis cruciatibꝫ affecturi fuere: crudelissima ac superbissima gens sua oīa suiq3 arbitrii facere: cū quibus bellū: cū quibus pacem habeamus: se modū imponer̄ equū censet. Circūscribit: includitq3 nos terminis montiū fluminūq3: quos ne excedamus: neq3 eos quos statuit terminos: obseruat. Ne transieris iberū: ne quid rei tibi sit cum saguntinis: ad iberū est Saguntū: nusq̄ te uestigio moueris: parū est: quod ueterrimas prouincias nr̄as Siciliā ac Sardiniam adimit etiam hispaniā: si inde cessero: in africam transcendet. Transcen-

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. f.%2053v – Anthologia latina (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0172/f.%2053v)